

4 rep. in Portu Romano fossionibus Torloniae anno 1863/4 LANCI. Nunc pars Romae in villa Albania.

DIANA · TOBENS · IVB · TRAIANENSIVM

Descripsi partem quae est intuenti dextra. Eandem edidit P. H. Visconti in catalogo villae Albaniae p. 311 n. 225. Pleniorem dat Lanci ms.

Media pars tituli non intellegitur et fortasse corrupta est; in IVB latere *tub(icen)* coniecit Mommsen. — *Traianensium* Portuensium praeterea extat mentio in Graeco hoc epigrammate reperto in Portu et nuper a me Romae in villa Albania recognito (ed. P. H. Visconti catalog. vill. Alban. p. 304 n. 206): Ἀγνῆς εὐσεμνοῦτο σπείρης Τραιανησίων οἶδε ἱερεῖς ἰερεῖά τε θεοῦ μεγάλου Διωνύσου (sic) Ἀ. Σούλλιος Λεωνίδης καὶ καὶ [καὶ errore bis posita] Ἰουλίᾳ Πουφείνα ἐπὶ παραστάτῃ Σεκούνδῳ. *Spira* igitur *Traianensium* Portuensis non solum Liberum coluit, sed etiam Dianam. Romae quoque *spira* nescio quae praeter Liberum patrem coluit Hecaten sive Dianam triformem (vol. VI n. 261).

5 basis SMET. Romae in domo quadam relicta divae Mariae consolatricis sub monte Iordano [significatur opinor ecclesia S. Mariae in Iordano nunc a S. Simone et Iuda nuncupata; cf. Martinelli Roma ex ethnica sacra p. 372] SMET. (ms.). *Fra il monte Jordano et il pozzo bianco* in aedibus privatis ID. (ed.). In domo oratoris ducis Ferrariensis PIGH. *Nella casa del governadore presso dove hora si chiama il Fico* LIGOR. Nunc ad D. Mariae de populo in vinea Alex(and)ri de Grandis MANVT. (Vat. 5234). — Infra Capitolium ad S. Mariae de consolatione MANVT. (orth.) neglegenter. Sub Quirinali PANV. (Vat.).

P · C O R N E L I V S
T H A L L V S
P · C O R N E L I · A R C H I T E C T I · F I L
M A G · Q V I N Q · C O L L · F A B R
5 T I G N A R · L V S T R I · X X V I I
N O M I N E
P · C O R N E L I
A R C H I T E C T I A N I · F I L · S V I
A L L E C T I · I N · O R D I N E M · D E C V R I O N
10 F I D E I · S I G N V M · D O N O · D E D I T

Smetius ms. Neap. p. 107, ed. f. 32, 5 (inde Grut. 99, 9); Pighius Luzac. p. 82; Ligorius Neap. lib. 34 p. 102 et in schedula solitaria, quae manum eius refert, apud Manutium Vat. 5253 f. 349. A Smetio pendent: Panvinius Vat. 6035 f. 142, fast. p. 353 (ad a. 943);

item Manutius, qui tamen et ipse videtur vidisse, Vat. 5234 p. 249, orth. 30, 4 (inde Ligorius Taur. vol. 6); Iacobonius app. ad Font. p. 290 ex Manutio et Panvinio. Recensuit Henzen huius corporis vol. VI n. 148.

5 XXVI Ligor. — 8 ARCHITECTIARI Pigh.

9 decuriones in quorum ordinem allectum esse filium suum praedicat is qui hanc inscriptionem posuit P. Cornelius Thallus non decuriones collegii fabrum tignuariorum fuisse puto, sed decuriones coloniae vel municipii alicuius; nam his magis quam illis conveniunt ordinis et adlectionis vocabula, et ita melius explicatur quod Cornelius Thallus decurionatum filii diserte memoravit; scilicet ipse, a publicis honoribus exclusus ut libertinus (nam non ingenuum eum fuisse, licet nominet patrem, indicat cognomen), honoribus filii ornari voluit¹⁾. — Haec si recte vel probabiliter dicta sunt, sequitur ut hic titulus aliunde Romam adlatus sit. Ostiensibus autem eum interposui (secutus etiam coniecturam Henzeni vol. VI l. c.) quod etiam aliae inscriptiones collegii fabrum tignuariorum Ostiensium complures in urbe Roma prodierunt.

Sustinebat haec basis signum Fidei a P. Cornelio Thallo collegio fabrum tignuariorum dono datum.

1) In inscriptione edita huius corporis vol. VI n. 40299 inter quinquennales lustrum XXVII collegii alicuius nominatur ...ALLVS, quem fuisse hunc P. Cornelium Thallum coniecit Huelsen (vol. VI l. c.); sed ea coniectura nequaquam certa est.

7 columna marmorea alta (secundum Lancianum) met. 3, 65. Prodiit mense Martio 1884 cum theatri Ostiensis et fori adhaerentis parietinae deteguntur. Locum ubi antiquitas videtur stetisse ita describit Lanciani p. 114: *Dietro la scena del teatro . . . si stende una piazza . . . Il lato aderente alla scena, che è quello di mezzogiorno, conta quattro piloni di muro, e quattordici colonne di marmo* [fig. 12 in forma edita apud Lancianum loc. cit. tab. I] . . . *Negli altri le colonne sono di mattoni, intonacati di stucco dipinto e scanalato.* Illarum columnarum marmorearum una videtur fuisse haec. Reperta est autem fracta humi iacens compluribus passibus a loco antiquo, scilicet *a levante del tempio* [significatur templum id quod in tabula supra citata notatum est n. 1. 2], *nel vano di un corridoio.* Nuper loco antiquo rursus erecta est.

in media columna incisa est aedicula,
sub qua est Genius libans ad aram;
infra legitur

~~GENIO CASTRO~~
/RVM · PEREGRINOR &
OPTATIANVS ET PVDENS
FRVMM FRATRES
5 MINISTERIO !!!!!!!!!
VOTA SOLVERVNT

Descripsi. Lanciani apud Fiorellium *notizie degli scavi* 1884 p. 116.

2 in. ante R una littera videtur esse erasa.

Similes dedicationes factas Genio castrorum peregrinorum habemus duas, quarum altera (vol. VI n. 231) inventa est in ipsis castris peregrinis, scilicet Romae in monte Caelio prope ecclesiam S. Mariae in Navicella (cf. vol. VI n. 428. 3327. Henzen *Bull. dell' Inst.* 1854

p. 113 seq.), altera (vol. VI n. 230) dedicata et ipsa a militibus frumentariis extra Romam ad miliarium tertium viae Appiae (cf. vol. VI n. 3329) ex statione quam ibi habebant milites frumentarii. Videtur igitur etiam Ostiae fuisse statio frumentariorum. Quocum convenit quod extat in episcopo Portuensi titulus Severo Alexandro dedicatus a statione frumentariorum (infra n. 125).

6 basis marmorea. Rep. in Portu fossionibus Torloniae, nunc Romae in eiusdem museo.

cornua copiae duo

F O R T V N A E
D O M E S T I C A E · S A N
C T A E · A R A · P R O S A L V E
E R E D I T V · L · S E P T I M I
5 S E V E R I P E R T I N A C I S
A V G · e t · d . e l o d i S E P T I
m i a t b i n i c a e s a r i s
L · V A L E R I V S · F R O N T I N V S
7 · C O H · H · V I G I L · S V A P E C V N I A
10 P O S V I T C V M S V I S
A · L · E T · V · F · I ·
F L I V L I A N V S C E N
C O R · I I I I · V I G I L I

Descriperunt in Portu I. B. de Rossi mense Mart. 1866, nuper Romae Io. Schmidt; ipse recognovi. Lanciani ann. inst. arch. 1868 p. 187.

In medio margine superiore litteras EI ex versu ibi perscripto residuas reliquis evanidis legere sibi visus est Rossius; qua in re eum oculi fefellerunt. — 12. 13 postea alia manu additi sunt.

11 fortasse significantur his litteris . . . rius Leo et Varius Fuficianus ei qui una cum Valerio Frontino memorantur etiam infra n. 13. 14.